Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in babylone uenẽno periit. Et diuidetur
in quattuor uentos celi. sed ñ in posteros eius
neq; secm potentiã illius qua dominatus ẽ.
Post alexandrum in quattuor uentos celi.
orientem uidelicet & occidentem. meridiem
& septentrionalem regnũ illius diuisum est.
In egypto enim primus regnauit ptholemeus
lagi filius. id est ad meridiem. in macedo
nia philippus qui & aridus frater alex
andri. id est ad occidentẽ. syrię & babylonis
& superiorũ locorũ seleucus nicanor. id ẽ
ad orientẽ. asię & ponti ceterarũq; in ipsa
plaga puinciarũ antigonus. id est ad sep
tentrionem. Hoc secm totius orbis plagas
diximus. ceterum qui in iudea est ad aqui
lonem syriam. & ad meridiem egyptũ habe.
Quod autẽ ait sed ñ in posteros eius. hoc signi
ficat quia liberos non habuerit. sed regnũ
illius in alienos lacerarũ sit. excepto fratre
philippo. qui macedonas tenuit. Neq; secm
potentiã illius qua dominatus est. Diuisũ
enũ in quattuor partes regnũ imbecillius